

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0144

LOG Titel: XXXIX. Flos facilis

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

XXXVII. *Salix niger aquaticus.*

Hujusmodi virides erucas punctatas in frisiâ quàm plurimas super hujusmodi salicibus atque malis, quarum arborum foliis tanquam pabulo in vigesimam octavam usque Augusti pascebantur, inveni, ubi nigras in aurelias immutabantur, & decima quarta Aprilis subsequēntis anni duæ hujusmodi cinereæ phalænæ ova viridia instantaneè parientes inde productæ fuerunt. Cæteri verò papiliunculi omnes citiùs educebantur, quorum alæ tantoperè fuerant intricatæ, ut ne formam quidem eorum agnoscere potuerim.

XXXVIII. *Salix.*

Elegans hæc eruca salice tanquam pabulo suo vescebatur, in vigesimam secundam usque Junii, ubi mutabatur in aureliam, indies in fuscum colorem magis magisque vergentem, roris adinstar super pruna cærulea descendētis, inde tertiâ Augusti elegans hujusmodi cinerea rubicundaque phalæna prodiit.

XXXIX. *Flos salicis.*

Bicornis hæc eruca Lugdunum Batavorum mihi translata ibidem in salice reperta fuit, unde quoque per me enutrita fuit. Vel minimo etiam motu sonove percepto caput intrò retraxit, ac aliquamdiù nullatenùs movebatur. Escam capiens ambo cornula arctè composuit; subindè ex hisce binis cornibus alia duo mollia eaque rubicunda ejusdem cum antè memoratis durioribus, longitudinis exseruit; hæc in unam atque alteram partem motitans, ea tandem intrò rursùs ità recondidit, ut nec umbra quidem eorum amplius conspiceretur. Hoc in vigesimam sextam usquè Julii perduravit, ubi telâ sibi paratâ subsequēntis anni, Aprili mense in hanc phalænam immutata fuit.